




236  
156 APPAREL S.  
~~156~~  
~~156~~

850  
NEOSEN  
671


~~1541~~

BOSTON PUBLIC LIBRARY  
*Purchased from the*  
LEE M. FRIEDMAN  
FUND




Z233, I8 A63 1541

COSMOGRA-  
PHIAE INTRODVCTIO  
CVM QVIBVS DAM GEOME-  
TRIÆ AC ASTRONO-  
MIÆ PRINCIPIIS  
AD EAM REM  
NECESSA-  
RIIS.



Acc 84-537



IN QVO DIFFERAT GEO:  
GRAPHIA A CHOROGRAPHIA  
CAPVT PRIMV M.



E O G R A P H I A : authore Ptolemæo: imi-  
tatio est picturæ totius partis terræ cognitæ cum  
ijs, quæ sibi quasi uniuersaliter sunt annexæ.  
Differt autem à Chorographia: nam illa per par-  
tes loca resecat, seorsimq; singula & unumquodq; iuxta se con-  
stituit, at fermè omnia etiam minuissima illa, quæ deprehendere  
possimus, describit, ueluti portus, uicos, populos, riuolorum quoq;  
decursus & quæcunq; alia illis finitima: ut sunt ædificia, domus,  
tui res, mœnia, &c. Geographia autem proprium est, unam et con-  
tinuum terram cum partibus eius præcipuis formula quadam ac  
picturæ imitatione ostendere, quemadmodum se habeat natura  
& positione: eaq; solum in omnino deprehensibilibus uersatur  
descriptionibus, ueluti si num & ciuitatum magnarum, gentium  
quoq; fluiiorum, necnon circa ea, quæ scandunt speciem unius-  
ciuiusq; sunt insigniora. Porro finis Chorographicus connexione  
particulari continetur: ueluti si pictor aliquis aurem tantum aut  
oculum designaret pingere: q; Geographicus autem contemplatione  
totius proportionaliter, ijs qui integrum æput describunt. Nam in  
pingendi arte sic fieri solet, ut cum corporum seu rerum simulac-  
hra describuntur: principalium imagines membrorum in primis  
et necessario compaginantur. atq; sub quedam, symmetria con-  
stituuntur, ut ex iusta dissimilitudine uisu possint discerni, an totum seu  
pars sint illius, quod pingitur. Haud secus fieri contingit Geogra-  
phiæ & Chorographiæ: Hæc enim partium orbis figuræ & ima-  
gines, in minimis etiam suis particulis depingit, et adamassim re-  
presentat: ita uero considerat & describit integras provincias,

## R V D I M E N T A

am ijs, quæ ad uniuersalē earum formam spectant tanquā præcipuas ac primarias orbis terrarum partes, cum magnitudinibus q̄ symmetrijs seu commensurationibus rite dispositis. Locorum deniq; situs, quos ex regionibus seu prouincijs Chorographia tractat: ne uitiam congruunt ueris eorum positionibus, quas in telluris superficie possident. Ipsa namq; circa locorum & locorum qualitatem magis q̄ quantitatē uersatur, quum locorum peculiarares similitudines omni modo mitiatur explicare: symmetriae uero positionis, locorum, omnem ferè curam & diligentia studiū negligit. At Geographia quantitatis plus q̄ qualitatis considerationem sibi uendicat: in cunctis enim locorum distantijs, iustam accuratamq; proportionis prouidentiam obseruere studet: similitudinis uero modicam admodū curam gerit, nisi quantum ad extremas illas magnarum partium, idest præfecturarum seu pronunciarum circumscriptiones & figuram attinet: qua de re Chorographia, pro reddendis locorū similitudinibus pingendi peritta haud parum indiget: nemo enim Chorographiam exercere commode poterit, nisi pingendi artificio instructus. At Geographia huius artificij neutquam opus habet: per exiles enim punctos, quibus locū ciuitatesq; significantur, & ipsorum neminiū inscriptions co-natur indicare, & eorum situs, atq; totius terrarum orbis figurā. Præterea Chorographia mathematicæ institutionis penè nihil eget: Geographiae uero mathematicæ scientia plurimum est necessaria. In Geographia enim considerare oportet totius terræ & figuram & magnitudinem: Deinde qualiter cognitæ ipsius telluris ad eam & inter se suis locationibus disponuntur. Dicendum præterea et cognoscendum est, quales & quantæ huiusmodi partes existunt: & quibus cœlestibus parallelis subjiciuntur: ex quibus dierum atq; noctium magnitudines rebus palam fiunt: & quæ fixorum siderum, in quouis loco supra uerticem: & quæ

Supra terram, quæq; infra eam per petuo uersantur: & quæcunque  
circa quamvis habitationem nostra complectimur consideratione.  
Quæ cuncta sublimissimæ ac pulcherrimæ sunt speculationis,  
quum humanis deprehensionibus, per Mathematicas rationes  
ostendi possit, quo pacto cœlum ipsum natura sua sese habeat,  
quoniam nobis magna ex parte conspicuum esse potest, cum nos  
circumambiat. Terra autem per imaginem, qua licet certa sit &  
maxima, non tamen nos circumabit, neq; tota simul, neq; parti  
culatim ab eisdem hominibus peregrari potest. Hic obiter notan-  
dum quod Cosmographiae ratio Geographiae uocabulo intelligi-  
gatur. Cosmographia potius ad Geometriam Astronomiamq;  
sese inclinat. Nam figuræ, climata, magnitudines, & alia hu-  
iusmodi propria, sine illarum scientia deprehendi nequeunt: co-  
eunt tamen, suntq; adeo inter se connexæ, ut alteram sine ale-  
tera, utcunq; traditam mancam esse facile constare possit peris-  
culum facientibus: sed acutior uidetur esse ipsa Cosmographia,  
quod cum certis quibusdam axiomatibus utatur, certa sibiq; con-  
stans manet: Geographia cum sacerorum decursu, cum uero  
multifaria illustrium scriptorum traditione (ut omnia morta-  
lia opera tempus mutat) nec semper consona sibi, nec certa  
est: quum præter locorum enumerationem, & historiam addat;  
& plerunq; quæ ciuitatum, quæ gentium, nationum, populorum  
origo fuerit, atq; unde data rebus nomina, tum et illustria nonnun-  
quam naturæ siue miranda opera indicans, in terræ situ multo ube-  
rior esse solet. Cosmographia uero q̄q; utriusq; cœli in quem &  
terræ rationem habet, & terrena cum cœlestibus in unum con-  
iungit: magis tamen id curat, ut quibus terræ extantib; partibus,  
quod cœli secundum longitudinem latitudinemq; spatiū ad sit,  
ostendat. Nec aliter regiones, oppida, amnes, maria, montesq; emi-  
merat, quam ut uel terminos statuat regionum: quæq; exordio,

## R V D I M E N T A

¶ qui fines sint, enunieret, uel sub qua cœlestis superficie pars illa uniuersa sint demonstrat: hoc propè unice curans, ut sub quo cœlo sīm loca, quæ latitudo, quæ longitudo, præterea quæ gnomonis umbrarumq; pro locorum latitudine differentiū (unde breuitatis longitudinisq; dierum ratio manat) diuersitas sit intelligatur. At hæc que loca sidera ueracchia, quæ in Arcton, quæ in austrum inclinent, ortusq; & occasus eorundem, qui loca diuersam latitudinem et longitudinem habentibus, uniformes esse non queunt, considerat: Interualla, clima, calores & frigora, & simpliciter aeris naturam obseruat.

## DE QVIBVS DAM REQVISITIS AD intelligendum Geographiam. Cap. II.

**V**olens degustare negotium illud, in primis Geographia discipline & Astronomie principia perquirat, sphæræ saliæt circulos cognoscendo, quibus totu utitur Geographia: quod ex sequentibus breuissime expediet quisq;.

Diffinitio prima.

Punctus est quid indiuisibile: uel cuius non est aliqua pars, que iuſu percipiatur.

Diffinitio secunda.

Terminus est, quod cuiusq; finis est.

Diffinitio tertia.

Linea est longitudo illatibilis: cuius extrema sunt duo puncta, si finita intelligatur.

Diffinitio quarta.

Linea recta est, quæ ex æquali sua interiaceat signa.

Diffinitio quinta.

Lineæ parallelæ, quæ in eodem existentes plano, contractū non

admittunt; etiā si in infinitū producerentur.

Diffinitio sexta.

Linee parallelē

Superficies est, quae longitudinem latitudinemq; tantum habet, cuius extrema quidem sunt lineaē.

Diffinitio septima.

Superficies plana est, quae ex eequali suas interiacet lineaas.

Diffinitio octava,

Angulus planus, est duarum linearum in plano sive tangentialium; & non in directo iacentium ad alterutram inclinatio.

Diffinitio nona.

Quando autem quae angulum continent lineaē recta fuerunt, rectilineus angulus nuncipatur.

Diffinitio decima.

Cum uero linea recta super rectam consistens lineam utroque; angulos e quales ad iniucem fecerit; rectus est uterq; & qualis angulorum: & quae superstite recta linea, perpendicularis uocatur, super qua stetit.

Diffinitio undecima.

Angulus sphæralis, est angulus corporis sphærici, & dividitur sicut angulus superficialis in rectum & obliquum, &cætera.

Obtusus.

Diffinitio duodecima.



Obtusus angulus recto maior est.

Diffinitio decimalertia.



Acutus uero minor est recto.

Diffinitio decimaquarta.

Figura sub aliquo uel aliquibus terminis comprehenditur.

Diffinitio decimaliquinta.

A iiiij

Circulus est figura plana, una quidem in orbem ducta linea

## R V D I M E N T A

concentri, quæ circumferentia ac τερμιφε' γειχ appellatur: ad quam ab uno signo introrsum medio existente omnes prodeentes lineæ in ipsius quæ circumferentia incidentes ad inuicem sunt æquales.

### Diffinitio decimasexta.

Centrum, est punctus in medio circuli, à quo omnes lineæ ad circumferentiam ducetæ inter se sunt æquales.

### Diffinitio decimal septima.

Dimetens circuli est recta quædam linea per centrum acta: & ex utraque parte in circuli circumferentiam terminata, quæ circulum bifariam dispescat.

### Diffinitio decimal octaua.

Semicirculus, est figura, quæ sub dimetente, & ea, quæ ex ipsa circuli circumferentia sublata est, continetur.

### Diffinitio decimal nona.

Sectio circuli, est figura, quæ sub recta linea, & circuli circumferentia aut maiore aut minore semicirculo continetur.

### Diffinitio uigesima.

Rectilineæ figuræ, sunt quæ sub rectis lineis continentur, ut trilateræ, quæ sub quatuor comprehenduntur rectis lineis, &c.

### Diffinitio uigesimaprima.

Solidum est, quod longitudinem, latitudinem & crassitudinem habet. Solidi uero terminus superficies est.

### Diffinitio uigesimasecunda.

Solidus angulus est, qui sub pluribus duabus planis angulis comprehenditur, non existentibus in eodem plano, ad unum signum constitutis.

### Diffinitio uigesimatercia.

Sphæra est orbis effigies: et à Theodosio sic describitur: Sphæra est solidū quoddā una superficie concentri: in cuius medio signū est, à quo lineæ omnes ad superficiē eiusdem inter se sunt æquales.

COSMOGRAPHIÆ  
DE FORMA MUNDI AC CIRCV=

lis Sphærœ armillaris, ex quibus omnis Cosmo=

graphicæ ratio dependet. Cap. III.

Mundus siue Cosmus, est figuræ Sphæricæ siue rotundæ, ut in primis uocabuli significatio docet; orbem enim nominant. Præter q; eam, quod forma hæc perfectissima sit, maximeq; capax: principio fineq; carens, quartam esse præcipuam rationem existimant: quod nisi eam mundus formam haberet, in se uolui non posset: id prohibente natura: Ut in corpore, quod angulos habet, conspicere potest: quum enim id at collimus, corpus sine loco uidetur, & locus sine corpore: quæ duo fieri nequeunt: ob id corpori tam nobili dignissima & motu circulari accommodissima figura est attributa: atq; in eius medio signum est, arcti hoc rotundæ figuræ terra unâ cum mari consistens, unamq; & eandem cum æquoribus superficiem habens, eodem quo cœlum centro & ipsa permanet, perq; ipsam ac cœli medium axis extenditur, & arcti illam atq; axem ab ortu in occasum cœlum circumagit. Cum illo æquoribus, quæ pari æleritate cum polo sunt per circulos πχραληλους deferuntur. Terram autem extare supra undas, ut pomum natans, aut leuem quempiam ex ligno globum undis innatantem, qui credunt, ualde decipiuntur: Hoc enim modo multa falsa forent, quorum deprehensa ueritas est. Terræ ergo superficiem, quæ extra undas eminet, ita eminere credamus, ut ex ea & circumfluentibus undis corpus rotundum (ut iam ostensum est) in se se undiq; recurrens efficiatur. Hactenus Sphærœ mundi rotunditatem seu Sphæricæ tamen sine ulla circulorum distinctione expressimus. Proinde de eius axi, polo & circulis maxime, qui ad Sphæræ rationem spectabunt, aliquid uel succincte diœndum censeo.


## R U D I M E N T A Q V I D S I T A X I S M V N D I.

Ax is sphæræ, est dimetens ipsius, circa quam uoluitur. Ita enim Proclus Diadochus describit: ἐξων του κοσμου εγινε σιάδετες αυτου περι κανεφεται.

## Q V I D P O L V S M V N D I.

Poli mundi, qui et uertices et cardines dicuntur: sunt duo puncta cœli axem terminantia: ita fixa, ut nunquam moueantur: quorum qui Borealis est πόλος ἀρκτικός, id est, ursinus uocatur nunquam occidens, semper conspicatur: alter ἀνταρκτικός, hoc est, arctico oppositus qui terræ obiectu à nobis cerni non potest: à Græco uerbo πολέω, quod est uerto, nomen inditum est, qua circa illos mundi structura uertatur. Eadē ratione Virgilius nō cui pauit uertices: Hic, inquit, uertex ex nobis semper sublimis: at illū Sub pedibus Stix atra uidet, manesq; profundi. Hoc est, αντικόπιον, quos è nostro cœlo quasi in profundo aere habitantes de spicere uidemur. Sunt præterea duo ali poli in sphæra, qui poli zodiaci dicuntur arcticū et antarcticū circulos describentes, de quibus infra.

Polus arcticus.



Polus antarcticus.


## D E D E C E M C I R C U L I S , Q V O S in cœlo astrologi imaginantur.

Duplices sunt circuli in sphæra: non re uera quidem existentes, sed imaginabiles: maiores uidelicet, et minores. Maiores, qui mundū in partes et quales secant: uel quibus idem cum mundo etrūm est: Minores, qui orbē in parteis in et quales diuidunt

# COSMOGRAPHIÆ

Maioresse: sex ab astrologis t. adjuntur: A equator, Signifer, & =  
Aougois duo. Horizon & meridianus, Hos ordine exquemur.

## TYRVS SPHÆRAE AR MILLARIS



### DE COLVRIS.


Coluri bini sunt in sphæra per mundi uertices ducti, quorū  
alter æquinoctia, al-

Polus arcticus.

ter brumam et solsti-  
tium contingit, dui-  
dūtq; quadrates Zo-  
diaci & æquatoris.

Nomen ab imperfe-  
ctione inditum quod  
nunquam integri to-  
tiq; nobis exoriatur.  
Quoniam partes au-  
strino polo propin-  
que, semper occulte

Colurus æquinoctialis.



Colurus solstitialis.

Polus antarcticus.

# R V D I M E N T A

sub terra delitescunt. Greci nō nougo mutila vocāt et imperfecta.

## C O L V R V S S O L S T I T I O R V M.

Colurus solsticiorum, est circulus per principia cancri & aries, per polos eclipticæ, pariter & mundi transiens; hic & declinationum circulus dicitur.

## C O L V R V S A E Q V I N O C T I O R V M.

Colurus & quinoctiorum itidem circulus maior est, per principia arietis & librae, pariter ac polos mundi transiens.


### D E A E Q V A T O R E.

Aequator, quem & equidalem & & quinoctialem appellant, est cuius partes omnes spacio aequo ab utroq; polo distant. Ita duabus de causis nominant: quod & sub eo, in quaunque parte sol fuerit, semper & quinoctium sit, et quia sole meante sub illo, dies noctesque pares in omnibus terre oris sint. Contingit autem & quinoctium in anno, semel in mense Martio, quando sol ingreditur primum minutum Arietis. Iterum mense Septembri, quando ingreditur Libra: de qua Virgilus: Libra die somnoque pares ubi fecerit horas, Et mediū luci atque umbris iā diuidet orbē.

### D E Z O D I A C O.

Signifer: autem Graeci ab animalium positu zodiacov appellant, est circulus maior eaque torem in duobus punctis, qui sunt principia Arietis & Librae, dirimiens, cuius una medietas ad septentrionem, altera vero ad Australum uergit. In media autem Zodiaci si

Polus arcticus.



Polus antarcticus.

## COSMOGRAPHIÆ

4

perficie( solus enim hic circulus latitudinem habet sedecim partium, qualium maximus circulus trecentarum sexaginta) circularis linea est, ipsum in duo et qua partiens, quam Græci à defectu ἐκλεπτικὴ vocant, nes Solis uiam quia nunquam ab ea digreditur. Luna autem & cæteri planetarum nunc sub ea, nunc citra uel ultra exspaciati uagantur. Fieri autem non potest, ut Zodiacus eosdem habeat polos cum et quattre, ergo eius poli à polis mundi distant gradibus. 23. minutis primis. 30. ferè. Dictus est autem hic obliquus circulus, quod et quidistantes ad et quales angulos intersecet. Signa, in quæ dissidentur, duodena sunt: quorum Aries, Taurus, Gemini, uerano tempori ascribuntur: Cancer, Leo, Virgo, et statim Libra, Scorpio, Sagittarius autumno: Capricornus, Aquarius atque Pisces hyemi. Quodlibet itaque signum in tricenos gradus, quos & partes nominant astrologi: gradum in sexagesimas minutas. Hæc in secunda, tertia, quarta, atque id genus sectiones deinceps diuidunt. Totus ergo circulus partes trecentas & sexagenas continet.

CHARACTERES ET NOMINA  
signorum meridionalium.

Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,

## CHARACTERES ET NOMINA.

Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces.

## R V D I M E N T A D E F I N I E N T E.

Finiens seu finitor, quem Græci horizonta appellat, est circulus maior, qui conspectam mundi partem ab inconspecta dirimit, ac uniuersam sphæram in duas æquas partes secat. Hic sub æquatore rectus, in alijs latitudinum notis obliquus dicitur. Est autem horizon duplex, alter qui sensu usurpatur, alter qui sola ratione percipitur. Ergo sensibilis horizon est, qui à nostro usu in termino uisionis circunscribitur. Hic adeo non amplius duum millium stadiorum dimetientem habet. Qui autem ratione percipitur, ad primum mobile pertinet, mundumq; totum in duo secat. Nec uero per omnem tractum ubi uenue idem horizon est: sed sensu idem quadringtonitis ferè stadiis magnit. Quo fit, ut de eum longitudo & clina et apparentie omnes citarentur. Ea ratione in sphærarum descriptionem horizontem nō adhibetur quod reliqui circuli omnes ab ortu ad occasum circumacto mundo una rapiuntur. Horizon sapte natura quietem emat, eodemq; semper seruato situ: ob id non incōmodo situs eius ab alio, in quo sphæra armillaris reuoluitur, intelligi solet. Et omnium horizontum capit is uertex, polus dicitur. Nam tale punctum omniaq; ab finite et quidistat.

Zenith.



## D E M E RIDI A N O C I R C U L O.

Meridianus, est circulus maior per punctum uerticis, qui Zenith dicitur, & Polos mundi transiens. In quem cum Sol incedit medios dies, mediasq; noctes efficit. Hic etiam circulus immotus in mundo est. Nisi circuli huius naturam exacte co-

gnoueris, haud facile longitudinum, urbiumue distantiam, quam definit intelligas. Porro obseruatioē dignū circulos hos nō nisi inter ortū atq; occasum mutari et ob id eodē temporis momēto medios dies, mediasq; noctes effici illis, qui sub eodē meridiano uerstantur. Solis exortus tamē propter latitudinis diuersitatem, nō ydem permanent.

### DE QVATVOR CIRCVLIS Sphæræ minoribus.

Minor circulus dicitur, qui sphēram in portiones inaequales secat:uel qui aliud centrum habet, quam mundi centrum.

Arcticus circulus, est quem polus zodiaci ad motum primi mobilis circa polum mundi arcticum describit.


Antarcticus, est quē alter polus zodiaci circa polū mundi antarcticū causat atq; describit. Nūcupamus aut̄ polū zodiaci undecimq; ab ecliptica & quidistantē. Sūt enim poli ecliptice, axis ecliptice, extremitates. Et quanta est maxima solis declinatio ( de qua supra diximus) tanta est poli zodiaci à polo mundi distantia.

„ A. B. axis zodiaci.


„ A. est polus zodiaci arcticus.

„ B. est polus zodiaci antarcticus.

„ A. C. circulus arctic.



Poles articulati.  
Poles antarcticus.



# R U D I M E N T A

„ B. D. est circulus antarcticus.

Tropicus Cancri, est circulus minor, quem Sol in principia Cancri existens ad motum primi mobilis describit. Dicitur etiam solsticium, quod Sol non ultra ad septentrio nē procedat. Nomen à conversione usurpat. Nam τροπή Græcis mutatio seu conversione est. Inde τροπικός quasi uerfilis. Distat ab æquinoctiali grad. 23. min. 30.

„ A. ostēdit tropi. Cancri. „ B. ostēdit tropi. Capric.

Tropicus Capricorni; qui Σ Brumalis dicitur, is est qui ultimo à sole describitur uersus Austrum, in quo Brumalem reciprocationem facit, diemque efficit breuissimam η noctem prolixorem. Fit autem hoc, cum Sol principium Capricorni attingit. Cœterum id tempus Brumam uocant latini scriptores.


## D E Q V I N Q V E P A R A L L E L O R U M

interuallis.


Cap. IIII.

**P**Arallelus, quasi alterius, à quo linearē & que distanteis parallelas uocamus, ideoque segmenta mundi, quae nos circulos dicimus, Græci τωαρχλλέλους nominant. Quinq; itaque duntaxat & quidistantes circuli sive τωαρχλλέλοι in sphæra describi solent, quod tamen non eo ualeat, quasi iū soli in mundo & quidistantes sint, quippe cum Sol quotidie & quidistantem æquatori circulum (quod sensu animaduerti licet) mundi rotatu peragat. Nō tamen hi omnes in sphærā adhibentur, quia non adeo utiles ad prima Astrologiæ rudimenta existimati sunt. Quinq; uero & quidistantes circuli, ob certu cōpēdia, quae

Astrologiæ



Astrologie et Geographiae tyronibus afferunt, optimo iure in Sphæra sunt adhibiti. s. Septentrionalis, Solstitialis, Aequator, Brumalis, & Antarticus. Cū autē circulus maior in Sphæra sit. 360. gra. ei quadrans. 90. manifestū est, & quinoctiale à polis mundi. 90. gradibus distare: quae est quarta pars circuli. Si rursus à gra. 90. substraxeris gra. 23. mi. 30. (quæ est maxima solis declinatio, seu quod idē est, distātia tropicorū ab æquinoctiali) qui remanet gra. 66. mi. 30. manifestā distānā à tropicorū à polis mundi, et per consequēs circulorū polarium ab æquinoctiali. Rursus si à gr. 66. mi. 30. maximā tropicorū distānā ab æquinoctiali substraxero, relinquetur quātas interstitij. 43. gra. inter tropicū Cācri et circulum arcticū: et eadē distātia est inter tropicū Capricorni et circulum antarcticū.




RUDIMENTA  
DE DUPLEXI DISSECTIONE


mundi ac eius motu. Cap. V.

**H**actenus sphæræ mundi q; rotunditatem & circulorum divisionem recitauimus. Reliquum est, ut de motu ac duplice eius partitione agamus. Mensus itaq; bisferiam dividitur, secundum accidens, & secundum substantiam. Primo secundum accidens in sphæram rectam & obliquam. Sphæram rectam uocamus, ubi uerq; polus horizontis contangit, & ex quatuor supra caput apparet, ut in longo tractu Aphricæ ac Aficæ, nunquam in Europa. Recta ditta, quoniam illorum horizon intersectat & quinoctialē, & intersectatur ab eodē ad angulos rectos sphæræ, ita ut quaterni anguli recti ac & quales efficiantur. Sphæra obliqua est, dum alter polorum uisus patet, alter uero semper deprimitur, ut nobis in tota Europa degentibus. Id quoq; satis dignum est, ne nominum uarietas obsit, ne modo sphæram, sed & orbem, horizontis, finitorem aut finientem, rectum aut obliquum dici. Hoc parto enim loquimur, Germani in orbe aliquo sunt: finitatem, sphæram, aut mundum obliquum habent. Nomen sum-

Sphæra recta.



Sphæra obliqua.



prum est ob obliquu incessu siderum. Solis enim globus obliquu transitu per aera fertur ab ortu in occasum, uel quod illorum horizonton intersectat & quinoctiale, & intersectatur ab eodem ad angulos impares & obliquos.

Mundus iterum in duo diuiditur secundum essentiam, in ætheream regionem & elementarem. Elementarū quidem alternati continuæ peruvia existens, in quatuor diuiditur, scilicet in terram, aquam, aerem, et ignem.  
 Est enim terra tanquam mundi centrum in medio omnium sita, circa quam aqua: circa aquam aer: circa aerem ignis illic purus & non turbidus, orbem lunæ attingens. Omnia etiam preter terram mobilia existunt: quæ ut centrum ponderositate sui magnum extremorum motum & qualiter fugiens rotunda sphæræ medium possidet.

### Regio elementarū.




Circa elementarem quidem regionem ætherea regio lucida à uariatione omni sui immutabili essentia immutans existens, monu continuo circulariter incedit: & hæc à philosophis quinto nuncupatur essentia: cuius decem sunt orbes. In infimo itaq; orbe luna radys solis accensa uelociore ambitu signiferi partes. 28° ferè dierum spatio lustrat. Deinde Mercurij stella signiferi ambitum peragit trecentis sexaginta quinq; diebus, ab Sole nunquam absens partibus. 28. longius. Tertius orbis secum rapit stellam Veneris, quæ etiam, non nisi certo breuiq; à Sole spatio absedit: & cognomina mutat, ante & dens eum ac insequens. Quando Solem antecedit, aut ante eum oriuit, Lucifer aut φωσφόρος

# R V D I M E N T A


nuncipatur: & τωρεος aut uesper, quando Solem insequitur atq;  
post eum occidit. Eandem uocem Virgilius usurpat, eo loco: Ve-  
nit Hesperus, ite capellæ: id est, aerni incipit, non oritur. Nam He-  
sperus nunquam in oriente conspiciatur, sicut nec Lucifer in occi-  
dente. Eius orbis anni ferè spatio circumagit, ab Sole nunquā  
abfissens partibus sex atq; quadraginta longius. Nunc medio  
spatio Solis globum constanti incessu aduersus decimi orbis cele-  
ritatem niti uidemur, & compleat cursum suum sub ecliptica in spa-  
tio unius anni quod spatium est trecentum sexaginta quinque ferè  
dierum cum quarta diei parte. Quintus orbis cum infixo sydere  
Martis signiferi ambitum ab occasu in ortum lustrat duobus an-  
nis. Sextus Louis stellæ est: circumagit annis duodenis. Septi-  
mus proximus q; firmamento Saturni sydus circumagit, & om-  
nes Zodiaci partes annis tricemis ab occasu in ortum metitur.  
Octauus orbis firmamentum est, suo ambitu Saturni orbem com-  
prehendens. In eo omnes, quas cœrimus, stellæ, præter se piam iā  
enumeratas: quæ erroneæ sunt, continentur. Et mouentur triplici  
motu: Primo ab ortu in occasum uelocitate extremi orbis. Secun-  
do obliquo incessu ab occasu in exortu uirtute noni. Præter istos  
tertium ac proprium sibi uendicat, quem accessus et recessus mo-  
tum, aut trepidationis nuncipauere. Hic ab æ quinque etiorum nectis  
in octauo orbe, circa æquinoctia nomi sit. Nomus orbis inter ex-  
tremum octauumq; medius ab exortu in occasum quotidie cum  
decimo uoluitur. Præter hunc alium habit proprium peculiaremq;  
sibi, quo obliquo transitu ab occasu in exortum tendit. Hic ince-  
sus. 49000. annorum spatio perficitur: quod tempus Platonicus  
uel magni anni nomen usurpat. Est enim hic annus interuallum,  
quo sydera omnia ad eundem redeunt situm: quod eo tempore fieri  
credut. Decimus extremusq; orbis, omnia secum rapiens ab exortu  
in occasum uoluitur: cursumq; uicem quaternis horis peragit. Eo

impetu omnia, que in mundo sunt, quotidie oriuntur et occidunt,  
præter terræ σφæρæ xv orbis cæntrum, quæ moles suæ naturæ  
quietem amat: hic Lunæ, Mercurij, Veneris, Solis, Martis, Iouis,  
Saturni coeliq; sydera intra diei noctis q; spatiū circumagit. Suæ  
pra hunc extreum mundi ambinum: quem Astrologi primum di-  
cunt: Empyreum cœlum esse aiunt. Id haud prætereundum, supra  
octauum orbem sive firmamentum nullas stellas aut sydera esse.



## NOMINA ET CHARACTERES


Planetarum.



Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.

R V D I M E N T A  
DE QVINQVE ZONIS, TERRAM  
habitabile ab ægre habitibili distinguentibus. Cap. VI.

**Q**Vinqꝫ in cœlo Zonas quatuor minoribus parallelis tropicis, uidelicet duobus, & arctico antarctico qꝫ; circulo segregari recte mathematici asserunt: tamenqꝫ fascias in uniuersa terra, quam rotundam supponunt, constituant. Strabo similiter in libri secundi fine, cœli Zonas quinque ponit, quibus illæ quinqꝫ in terris fasciæ respondeant, & eius nominis esse ait Martianus lib. vi. Orbis, inquit, terræ in quinque Zonas, sive me-  
lior fascias dico pro rerum diuersitate: discernitur: quarum tres intemperies multæ, ob contrariorum nimirum releguntur: nam due axi utringꝫ confines, algore immenso & frigoribus, desertonis causas, pruinis mergentibus præbuere. Media uero flammis & anhelis ardoribus terridato, propinquantes animantium comburit accessus. Aliæ autem due, uirtutis auræ halitu tempe-  
ratæ, habitationem animalibus indulserunt: quæ quidem per con-  
tius rotunditatem telluris incurvæ, tam supernum hemisphæriū,  
qꝫ inferius ambient. Zonarum discrimen belle Probus grammatis-  
tus, ait, è manu accipi posse, si lœuam contra ora nostra in or-  
tum solis uersa digitis expansis introspeximus: ut ubi pollex est,  
ibi Zonam esse arcticam, quæ & septentrionalis uocatur, intelli-  
gamus minimo rigore inhabitabilem. Pollici proximo digito tempe-  
ratam nostram, quam æstivalem nominant, indicari. Ut medius  
ducus & quinoctiali adustæ, & inhabitabili secundum uetus, respondebit. Quaruis alteram temperatam ostendet, quam hyemalē Probus nominat, quod Sol in eam inclinans nebis hyemem relinquit, sicut in nostram ascendens, & statem aperit, diesqꝫ lon-  
giores facere solet. Ducus minimus quintā Zonam referet, No-  
stram & Australē dictam ob gelu perpetuum, & sicut Sea-  
ptentrionalis nostra, inhabitabilem.



QVÆ MVNDI PARTES DEXTRÆ  
ac sinistræ appellantur. Cap. VII.

**N**on eodem modo Geographi, Astronomi, & Poetæ horum zonam distinguunt. Dextram enim mundi plagam astronomi occiduam appellant; eo quod astronemos pectus magis ad meridiem uerit, ubi uelocissimus stellarum cursus est: Nam circa polum uix stellæ moueri percipiuntur. Geographi Septentrionalem plagam respicientes (ubi poli altitudinem quaerunt) Eos dextram mundi partem occupet. Ita enim globis & Ptolemaei tabulis terra depingitur. De poetarum plagiis plura res ait Lucanus, ubi scribit de Arabibus uenientibus Romam auxilium Pompeio: Ignorum uobis Arabes uenistis in orbem, Umbras mirati ne morum non ire sinistras. Quoniam in partibus suis quandoque erant illis umbræ dextræ, idest, Septentrionales: quandoque sinistræ, siue meridionales, quandoque perpendiculares, quandoque orientales, quandoque occidentales: sed quando uenerunt Romam, repente mutatas umbras esse ait Lucanus.


SEPTENTRIO.

Dextra Poetarum.

OCCASUS:

Sinistra Cosmographorum.

Dextra Astronomorum.



ORTVS.

Dextra Cosmographorum.

Sinistra Astronomorum.

Sinistra Poetarum:


MERIDIES.

DE QVATVOR Mundi regionibus, siue plagiis. Cap. VIII.

**M**undus iterum in quatuor partes siue cardines diuiditur, quos secundo libro Gellius cœli limites siue regiones appellant. Sunt autem, Ortus, Occasus, Meridies, et Septentrio. Vnde Sol ortus, Oriens nuncupatur, aut Ortus: quo demergit, Occidens, uel Occasus: qua decurrit, Meridies: ab aduersa parte, Septentrio. In hoc diuersi tantum, quod Meridies & Septentrio persistant, suntque immobiles: Ortus uero et Occasus nunquam eodem modo se habent, propter semipermanentiam Solis in gradibus signorum per ascensum et descensum mutationem. Hinc Eratosthenes (ut Varro libro de re rustica primo ait) orbem in duas partes maxime secundum naturam diuisit, ad meridiem uersus, & ad Septentriones. A latere igitur cœli, in quo supra horizontem Sol ascendit, ortum, in quo se mergit, occasum accipimus: qui licet eadem in parte, id est, in spatio, quod inter tropicos est, semper sint, tamen quia nunquam contingit solem illinc oriri, hodie, unde heri oriebatur: nec est regio pari modo occidere. Sed aliquando equinoctialis oriens dicitur, cum in circulo currit, qui appellatur solsticio, aut equinoctivo, aut solsticialis oriens, aut Brumalis, que-

Sunt δέριναι τροπαι καὶ χειμεριναι. Similiter enim fit occasus eius aut & quinoctialis, aut Solstitialis, aut Brumalis.

SEPTENTRIO.



Occasus solsticialis.  
Occasus æquinotialis.  
Occasus brumalis.

Ortus solsticialis.  
Ortus æquinotialis.  
Ortus brumalis.

M E R I D I E S.


DE VENTIS, QVIBVS PRISCI NAM  
nicularijs fuerūt usi et mudi partibus, ex qbus spirat. Cap. IX.

**Q**uoniam uenterū cognitio non nihil momenti, immo magnum utilitatem ad Cosmographiā habere dīscitur: ideo quædā de ipsis & distinctione eorū trademus. In præcedēti igitur capite ostēsum est, sole habere triplicē ortū & occasum secundū binos tropicos & quatorē: uidelicet æstivale, & quinoctiale, & hyemale: & meridiei similiter q; ipsius Septentrionis utrinq; assignemus latera: bis enim singulis propriū uenti correspōdent, qui ab illis partibus flant. Veteres itaq; nautæ duodecim præcipue uenterū nota literarū memoria celebrarūt. In meridie quidē Australi Latini ponunt, Græci vōτov. quoniam nebulosus est, atq; humectus: votis enim Græce humor nominatur: ex diametro aut opposito uetus est, Latine Septentrionarius, Græce ἀπόγευς appellatus. Ex ortu æquinoctiali: hoc est, ab oriente uirno flat uentus, à Romanis nautis Subsolanus cognominatus, à Græcis ἀπηλιώπης. Sed q ab estiuā et Solstitiali oriētis meta uenit, Latine Hellespontius, noui' & Græce dicitur, Tertius uetus q ab oriēte hyberno spirat: Vulturnū Romani uocat, Græci Δέξιος


# RUDIMENTA

appellant, His opposit et contrarii sunt alij tres occidui. Ex brumali occasuuenientē Latini Aphricū Grēci Λύθρον appellat. Ab occasu solsticiali flātē Latini Chorū, Grēci Ἀγρέσην vocat. Medium illerū Faunus, q̄ Grēci ζέφυρος vocatur, aduersus Subsolānum flat. Inter Septentrionē et Solsticialē exortū Latini Aquilonē, Grēci αἴσθητον locat. Boreas autē ὁ τὸ τοῦ βοῶν, hoc est, a vociferando dicitur. Inter Austrinū et Brumalē exortū Latini Euroafricū, Grēci Εὐρώντον ponut. Austro deinde et Africō, Latini Euroafricū, Grēci οὐρολυθόντον interponit. Inter Septentrionē radē et Chorū Latinī Cirrū, Grēci θεασκίαν ponut. Horū duodecim ueterū nōmē & mundi partēs, ex quibus spirant, in subiectu patent figura.

## SEPTENTRIO.




Helleponus  
χαικίας  
Subsolanus  
απωλίωπις  
Vulturnus  
ἄρεος



## MERIDIES.



## DE LONGITUDINE TERRÆ Locorumq; Cap. X.

**L**ongitudo loci sive habitationis est æquatoris, vel sibi æquidistātis circuli segmentū meridiano loci eiusdem et fumunctarū insulārum meridiano comprehendēsum. Quia ueteres Geographi superficie terre describere, et ex stadiisimo locorū ī ēr capēdine īgrere uolētis, posuerūt primū lōgitudinis gradū in occidente: hoc est, in fumunctis insulis, que nūc ab Hispanis, magnæ Canariæ appellātur: deinde secundū ordīnē numerorū in orlū telluris ambitū depinxerūt, et meridianis deslinxerūt. Est aut meridianus in terra circulus, q parræ polos et locū tuę habitationis dicitur, in quę. n cū sol incedit meridiē efficiat oībus habitatibus sub illo meridiano, unde gradus mēsurātes arcū equatoris īter primū lōgitudinis gradū, seu primū meridianū, qui occasum solis claudit, et meridianū q trāsit p locū tuę habitationis, gradus lōgitudinis tuę habitationis uocātur. Meridiāni itaq; semp̄ mutātur cū ab orū ī occasum, et ecōtra progreditur, ad Austrū uero Boreāue q̄ūnus pro greditur semp̄ idē meridianus seruatur, non manifestissime certatur in figura sequēti. **POLVS ARCTICVS.**

**POLVS ANTARCTICVS.**

RUDIMENTA  
DE LATITUDINE TERRÆ.  
Cap. XI.


**L**atitudo terræ uel habitationis, est arcus meridiani inter æquatorem & Zenith capitii interceptus. Zenith, est punctus qui nobis supra uerticem capitii eminet. Porro latitudo terræ semper æqualis **POLVS ARCTICVS.** est altitudini seu elevationi poli supra Horizontem: quadam ratione inter se differunt. Nam elevatio siue altitudo poli, est arcus meridiani inter polum meridi & horizontem interceptus. Latitudo uero loci, est arcus meridiani inter **POLVS ANTARCTICVS.** Zenith capitum & æquatoris circumferentiam contentus, ut apparet in præsentia figura.



- D. Polus arcticus.
- B. Zenith capitii.
- G. H. Äquinoctialis.
- A. C. Horzion.
- D. C. Altitudo poli.
- B. G. Distansia Zenith ab æquinoctiali, siue latitudine terra.

COSMOGRAPHIÆ 15  
**QVOMODO LATITVDREGIONIS**  
*sive altitudo poli per quadrancem, omni die rotus annit  
 sit obseruanda.* Cap. XII.

**S**i igitur altitudinem poli supra Horizontem sive latitu-  
 dinem regionis obseruare uolueris: prius ex metallo, pura  
 cupro aut auricalco, uel ex ligno duro, solido ac firmo fabrica  
 tabulem planam, in cuius superficie deſcribe quartum partem  
 circuli, ita: ut ſemidiametri duo ſeſe in centro ad angulos re-  
 ctos interſecant: per. I I. Euclidis. Deinde ſemidiameetro aliae  
 ri pinnulas ex æquali perforatas appone, per quas radij fo-  
 lares poſſint dimitti. Lim-  
 bum uero quadrantis diuide  
 in. 90. gradus, hoc modo.  
 Primum in. 3. partes æquas,  
 ſecondo iterum quamlibet in  
 tres. Tertium quamlibet in  
 duas. Denum quamlibet in  
 quinq; & partitus eſt qua-  
 drans in. 90. partes æqua-  
 les. Deniq; ſige in centrum  
 perpendicularum, & appone  
 numeros à leua in dextram  
 de. 10. in. 10. et paratus eſt  
 quadrans, quantum ad hoc ne goſtum attinet, huius hec eſt figura.



VSVS QVADRANTIS.

Objœ leuam quadrantis pinnulam ipſi ſoli radiantib; precise  
 quando tangit meridianum, demifſo libere perpendicularo, dein-

## R V D I M E N T A

de leua paulatim aut deprime quadrantem, donec radius solari  
ris pertranseat subtiliora pinnularum foramina. Quo facto  
supputa gradus limbi ab numerorum initio, ad filum ipsum sive  
perpendiculum: nam tanta erit Solis super horizontem altitudi-  
dō: quam serua. Deinde quære signum & gradum Zodiaci  
in quo mouetur Sol eodem die, ex Ephemeridibus, uel ex aliis  
quo instrumento. Quod si Sol in septentrionali quopiam si-  
gno inuentus fuerit, declinationem eius ab æquinoctiali ex se-  
quente tabula cognoscæ, quam à Solis altitudine meridiana sur-  
ripe & patet eleuatio & quateris. Quæ rursus à 90. gradibus  
sublata latitudinem tuæ regionis sive elevationem poli relinquit.  
Quod si Sol i per meridionale graduatur signum, declinationem  
Solis ex tabula inuentum altitudini meridianæ adde, & pro-  
dibit eleuatio & quatoris, Quæ: ut iam dictum est, à 90. reie-  
cta, latitudinem regionis sive elevationem poli manifestabit.

## V S V S T A B U L Æ.

Cognito loco Solis, eius declinationem ab æquinoctiali sic  
inuenies. Quære signum in quo Sol est dato die in capite uel  
in pede tabulæ. Si in capite tabulæ fuerit inuentum: quære  
gradum eiusdem in linea descendenti aut in linea ascendi-  
ti, si Solis signum in calce tabulæ eiusdem repertum fuerit. Nu-  
merus igitur graduum & minutrum, quem in angulo com-  
muni inveniuro, erit declinatio Solis quæsita.

Tabula declinationis Solis per omnes gra. Eclipticæ.

	Aries Libra	Taurus Scorpi.	Gemini Sagit.	Sig. Sept. Sig. Merid.
S.	S.M.	S.M.	S.M.	S.
0	0. 0	12.16	20.38	30
1	0.26	12.37	20.40	29
2	0.52	12.58	21. 0	28
3	1.18	13.19	21.11	27
4	1.44	13.40	21.21	26
5	2.10	14. 0	21.31	25
6	2.36	14.20	21.40	24
7	3. 2	14.40	21.49	23
8	3.28	14.59	21.58	22
9	3.55	15.18	22. 6	21
10	2.19	15.37	22.14	20
11	4.45	15.55	22.21	19
12	5.10	16.13	22.28	18
13	5.35	16.31	22.35	17
14	6. 9	16.48	22.41	16
15	6.25	17. 9	22.47	15
16	6.50	17.22	22.52	14
17	7.15	17.38	22.57	13
18	7.39	17.54	23. 2	12
19	8. 3	18.10	23. 7	11
20	8.27	18.25	23.11	10
21	8.51	18.40	23.13	9
22	9.15	18.55	23.18	8
23	9.39	19. 9	23.21	7
24	10. 2	19.23	23.23	6
25	10. 2	19.36	23.25	5
26	10.48	19.49	23.27	4
27	11.10	20. 2	23.28	3
28	11.32	20.14	23.29	2
29	11.54	20.26	23.30	1
30	12.16	20.38	23.30	0
	Virgo Pisces	Leo Aguar.	Cancer. Caprie.	Sig. Sept. Sig. Merid.

# R V D I M E N T A

In exemplari supputatione rem intellectu faciliorem reddet.  
Ponatur quod Solis altitudo meridiana sit. 61. gra. 23. mi-  
lus Solis in quo dato die mouetur sit. 6. leonis. Declinatio  
ab æquinoctiali circulo est. 19. grad. 23. mi. septentrionalis.  
Subtrahæ igitur. 19 grad. 23. mi. ab altitudine Solis meridiana  
61. grad. 23. mi. et remanet elevatio æquatoris in circulo meri-  
diano. 42. grad. Ea dempta ex quadrante, hoc est, ex. 90. grad.  
remanebunt. 48. grad. quæ sita regionis latitudo.

## D E L O N G I T U D I N E R E G I O N V M

Oppidorū, Locorum ue inuestiganda. Cap. XIII.

L ongitudinem regionum aut ciuitatum sic inuenies. Consi-  
dera per tabulas Eclipsum alicuius nocte longitudinis ini-  
tium Eclipsis lunaris, et in alio oppido cuius longitude tibi igne-  
ta fuerit, obserua horam et eius minutum ad principium eiusdem  
Eclipsis. Quod si initium Eclipsis ex tabulis oppidi nocte suppu-  
tatum, et principium eiusdem oppidi igneæ longitudinis in horis  
et minutis, concordauerint, ambo oppida eandem habent longitu-  
dinem, et sunt sub uno meridiano, ita quod inter ipsa nulla est distan-  
cia longitudinis. Si autem initium eclipsis lunæ per Astrolabiū ob-  
seruatum fuerit plus in horis et minutis quod initium per tabulas  
computatum aut contra, ea oppida diuersos habent meridianos, et  
diuersam longitudinem. Quam sic cognoscas, subtrahæ numerū  
horarum et minutorum minorēm à maiori, et id quod remanese-  
rit, dicatur differentia temporis unius oppidi ab alio. Accipe igitur  
pro qualibet hora. 15. gradus, et pro quibuslibet quatuor minutis  
temporis. 1. gradum, et pro qualibet minuto temporis. 15. minuta  
gradus. Tandem adde gradus gradibus, et minuta minutis, et  
collectum, longitudinem oppidorum propositoriū indicabit. Inde  
etiam liquet, quod duo loca quibus idem lunaris defectus, eodem con-  
spiciant tempore sub uno existunt meridiano. Et locorū duorum  
quibus

quibus idem lunæ defectus ante meridiem, diuerso uidebitur tempore, orientaliorum esse eum cuius tempus defectus ante meridie diuinum mirus extiterit. Et ducrum locorum quibus idem lunæ defectus post meridiem, diuerso uidebitur tempore, eum rursus esse orientaliorum, cuius tempus post meridiem unum quo luna deficit maius fuerit. Et si lunæ deliquum unius duorum locorum contigerit in meridie, alteri uero ante meridiem uideri, ille locus erit orientalior, cui deliquum lunæ in meridie uidebitur. At ubi lunæ defectus, unius duorum locorum in meridie, alteri post meridiem conspicitur: ergo ille locus orientalis existit, cui lunæ deliquum post meridiem uideatur. Similiter lunæ deliquio conspecto, apud unū duorum locorum. Post meridiem, apud alterū uero ante meridiem ille rursus orientalis existit, qui lunarem defectum post meridiem intuetur.

Ut Arbilis urbs Assyrie orientem uersus, habuit Eclipsim lunæ hora quinta, quando Carthago occidentem uersus hora secunda. Tribus ergo horis distant, gradibus. 45. auctore Ptolemæo lib. 1. cap. 4. Quia autem uia locorum situs in longitudine et latitudine deprehendantur Ptolemæus obscuris quibusdam reagit uerbis lib. 1. cap. 2.

### DE PARTIBVS TERRÆ ET EA= rum longitudine ac latitudine. Cap. X III.

**T**ota terra Ptolemæo cognita habet latitudinem. 80. graduum, longitudinem uero. 180. hanc quoque terminari dixit à quatuor orbis partibus terra incognita, quamvis plerisque in locis Oceano intercepta, uidelicet ab ortu soli terra incognita, quæ populu orientalibus maioris Africæ finarum saliet atque Seru adiacet.

A meridie similiter terra incognita quæ indicum pelagus cingit, quæ uero amplectitur meridionalēm ethiopum regionem Agisimbam nominatam, ab occasu etiam terra incognita, quæ finum Africæ ethiopianam cingit, et deinde occidentali Oceano, qui ul-

# R V D I M E N T A

timas occidentis partes alluit.

A septentrione Oceano qui insulas Britannicas circumpleteatur, & partes Europae maxime septentrionales claudit, praeterea limites reliquos habet terram incognitam, quae partibus Asiae maxime septentrionalibus imminet Sarmaticae, scilicet Sacae atque Serum. Hi sunt termini habitabilis nostrae a Ptolemeo descripti. Nunc autem multo amplius latitudo est ad septentrionem & ad meridiem, maior quam longitude ipsius cognita est Americi Vesputij aliorumque; lustratione, compertum est; est ipsam uelut quandam ingentem insulam ab omni parte Oceano ablui ac circum nauigari. Hec est si unica sit in tres tamen partes ueteres illam destinaverunt, quarum praemagnitudine prima est Asia, secunda Africa, tertia Europa. Asia coniungitur Africę per Histinum Iudacum; seu per dorsum Arabiae coarctatum inter mare nostrum & sinum Arabicum. Europa et Asia coniunctio fit per dorsum quod inter Paludem Meotam & Sarmaticum Oceanum excurrit super Tanais fluuij fontes. Africa nusquam per se Europa coheret: mari nostro inter utrasque interiacent. Europa ab occidente mari Atlantico, a septentrione Britannico, ab oriente Tanai fluuij, meotide Palude & mari Pontico, a meridie mari mediterraneo quod nostrum appellatur, clauditur. Africa ab occidente mari atlantico, a meridie Oceano ethiopicō, a septentrione mari mediterraneo: ab oru histmo iudaico. Asia quae cæteras magnitudine & opibus uincat, ab occidente habet eosdem terminos, quibus Europa & Africa ab oriente clauduntur, a septentrione terminatur oceano scythico, ab oriente Eolo orientaliq; indicō, a meridie meridionali indicō & rubro. Non solum autem prædictæ tres partes nunc sunt latius lustratae, uerum & alia quartu pars ab Americo Vespucio segregis ingenij uiro, inuenta est. Quā ab ipso Americo eius inuētore Amerigen quasi Ameria terrā fuit. Ama-

ricam appellari uolunt. Isteius terræ pars Africæ opposita propinqua est cōtinēti nestræ habitabilis, ne cōtamen propinquius ad eam accedit, q. 20. gra. uel altra. Hunc in modū terra iam quadris partita cognoscatur, & primæ tres eius partes cōnāntes sunt, quarta insula, cum omniquaq; mari arcuata cōspiciatur. Trium insuper partium terræ Priscis notæ cognitionem Ptolemaeus tradidit in. 26. tabulis, quarum. 10. sunt Europæ, quatuor Africæ, & duodecim Asie, quas autem & quot regiones quælibet tabularum contineat, & in quo libro à Ptolemæo tractantur ex sequentibus facile cognitu est.

### IN EUROPA PROVINCIÆ SEV

Satrapicæ notæ triginta & quatuor, in tabulis. x.

### EX SECUNDO LIBRO PTOLEMÆI.

#### In prima tabula Europæ.

Hibernia insula &

Albion insula Britannicæ nunc Anglia.

#### In secunda tabula Europæ.

Hispaniarum sicut

Betica, nunc regnum Granatæ.

Lusitania, nunc Portugalia.

Tarragonensis, nunc Catalonia.

#### In tertia tabula Europæ.

Gallia Aquitania, nunc Francia & Burgundia.

Gallia Lugdunensis, nunc Francia, Normandia, Britania minor & Thuringia.

Gallia Belgica, nunc Picardia, Lutzelburgia, Lotringia, Burgundia, Alsacia, & Suicia, necnon Rhinenses.

Gallia Narbonensis, nunc prouincia uel Delphinatus.

#### In quarta tabula Europæ.

Germania magna, que continet, Franconiam, Vestfaliam,

## R V D I M E N T A

Hassiam, Saxoniam, Marchiam, Thuringiam, Misniam; Slesiam,  
Morauiam, Bohemiam, & Voylandiam.

### In quinta tabula Europæ.

Rhetia, nunc Suevia. Vindelita, nunc Bauaria.

Noricum etiam dicitur Stiria.

Pannomia superior, nunc Austria.

Pannomia inferior, nunc Hungaria.

Illyris, nunc Sclavonia. Dalmatia.

### EX TERTIO LIBRO.

### In sexta tabula Europæ.

Italia. Cyrrus seu Corsica insula.

### In septima tabula Europæ.

Sardinia insula, & Sicilia.

### In octaua tabula Europæ.

Sarmatia Europæ, nunc Polonia, Majovia, Lithuania, Curlandia,

Lituania. Russia & Gotia.

### In nona tabula Europæ.

Iaziges metuaisse, nunc pars Hungarie ultra Danubium in se-  
pentrionem & orientem porrecta.

Dacia, nunc Transyluania & Valachia.

Mysia superior, nunc Seruia.

Mysia inferior partim Bosna & Bulgaria.

Tratia, nunc Turtia. Chersonesus.

### In decima & vltima tabula Europæ.

Macædonia. Epirus, nunc Romania. Achaia.

Euboea insula Nigropontæ.

Peloponensis, nunc Morea.

Creta insula, nunc Candia.

### EX Q.V.A R T O LIB R O P T O L E M A I

provinciae Africæ undecim, in tabulis quantor.

# COSMOGRAPHIAE

15

## In prima tabula Africæ.

Mauritania Tingitana, nunc Barbaria.

Mauritania Cæsariensis.

## In secunda tabula Africæ.

Numidia. Africa minor.

## In tertia tabula Africæ.

Cirenaica quæ C. Pentapolis.

Marmarica. Lybia. Ægyptus inferior:

## In quarta tabula Africæ.

Lybia interior. Æthiopia interior. Æthiopia sub Ægypto;

IN ASIA PROVINCIÆ QVADRAGINTA et octo. Tabulis. XII. Ex. v. libro Peclimæi.

## In prima tabula Asiacæ.

Pontus & Bithynia. Quæ propriæ Asiacæ dicitur Turcia.

Phrygia magna. Lycia. Galatia. Paphlagonia.

Pamphilia. Capadoccia. Armenia maior. Cilicia.

## In secunda tabula Asiacæ.

Sarmatia Asiatica.

## In tertia tabula Asiacæ.

Colchis. Iberia. Albanta. Armenia magna.

## In quarta tabula Asiacæ.

Cyprus insula. Syria. Syria palestina, quæ uocatur Iudea.

Arabia petrea. Mesopotamia. Arabia deserta. Babyloniam.

## In quinta tabula Asiacæ.

Affyria. Media. Susiana. Persis.

Parthia. Carmania deserta.

## In sexta tabula Asiacæ.

Arabia felix. Carmania.

## In septima tabula Asiacæ.

Hyratia. Margiana. Bactriana. Sogdiana.

C 15

# R V D I M E N T A

Sacæ. Scythia intra Imaum montem.

In octaua tabula Asiæ.

Scythia extra Imaum montem. Serica Regio.

In nona tabula Asiæ.

Aria. Paropanisadæ. Drangiana.

Arachosia. Gedrosia.

In decima tabula Asiæ.

India intra Gangem.

In undecima tabula Asiæ.

India extra Gangem. Synarum Regio.

In duodecima tabula Asiæ.

Taprobana insula.

Quæcunq; igitur gentes subiacent Zodiaco, ijs Soli fit supra uerticem à Borea descendens ad Austrum, ascendensq; similiter, & alijs quidem semel in anno, alijs uero bis, Sunt autem omnes pariter qui sub Zodiaco habitant ab occatu ad ortum Solis, usq; nigri coloris, æthiopes, & præcipue qui sub circulo æquinoctiali habitant, ü admodum nigrescant: qui autem extra lineam perpendicularem Zodiaci degunt, remissiores sunt colore, & in albedine tendunt secundum distantię rationem, usq; ad Sarmatis Hyperboreas. Eadem est ratio Zodiaci ab utraq; parte æquinoctiali, & Boream uersus & Austrum, usq; ad Polus utroq;.

## DE PARALLELIS CIRCVLIS. Cap. XV.

**S**ANè nec hoc prætereundum quod ultra prædictos quinq; parallellos circulos, de quo cap. 4. diximus, alijs & parallelis pro arbitrio scribi possunt, per singul'os gradus. Verū Ptolemæus in suo libro Cosmographico. 21. tantu scriptis, incipiens ab æquinoctiali uersus Polum arcticum, ita ut unusquisq; ab alio distet per horæ unius quartam. Eadem ratio est & ad antarcticum. Quamvis Ptolemæus ille Pelusianus in magna sua constructio-

ne. 33. posuit parallelos circulos. & quin etiā itaq; facit diem et noctem. & quales semper, quantum in eo tenum secat circulus Horizon omnes orbēs & quidistantes & quin etiā in duo media, ut satis cap. 5. ostensum est. Et sunt omnes portiones eorum quae sunt supra terram similis & quales portionibus quae sunt sub terra. Vnumquenq; autem orbium ei & quidistantium ab eo declinatorū qui sunt præter ipsum in parte tam septentrionali q; meridionali Horizon secat in duas portiones diuersas. Et erunt portiones que sunt supra terram eorum qui sunt in latitudine meridionali minores ejus quae sunt sub terra, & erunt dies brevioris temporis noctibus. Sed quae cunq; portiones quae sunt supra terram in latitudine septentrionali erunt dies longiores temporis noctibus. Iam sequuntur parallelī cū gradibus latitudinis et horis longissimā diei.

1. Parallelus cuius longioris diei longitudo est. 12. horarū cum quarto horæ, quæ sunt de horis equalibus. Distat ab æquinoctiali ferè, 4.gra. 15. Descripta supra insulā Taprobanam, quæ apud Ptol. in magna constructione Perbenis dicitur. 2. Parallelus, longissima dies habet. 12.  $\frac{1}{2}$  distantia ab æquinoctiali est. 8.gra. 25.mi. descripta super sinum Aualicum. 3. Parall.long.di. 12. ho. tres quartæ, latitudo ipsius. 12.gra. 30.mi. descripta supra sinum Adulicum. 4. Parall.dies long. 13. ho.lati. 16.gr. 27.mi. supra insulam Mæroen. 5. Parall.ho. 13.mi. 15.lati. 20.gra. 14.mi. descripta per Nabatha. 6. Parall.ho. 13  $\frac{1}{2}$  lati. 23.g. 51.mi. descripta per Syenen. 7. Parall.ho. 13.mi. 45.lati. 27.gra. 40.mi. descripta per Pelemaidē quæ in Thebaida est, quæ q; Meruri ciuitas appellatur. 8. Parall.ho. 14.lati. 30.gra. 22.mi descripta per inferiorem Ægypti regionem. 9. Parall.ho. 14.mi. 15.lati. 33.grad. 18.mi. descripta per medium Phenicen. 10. Parall.ho. 14.mi. 30.lati. 36. per Rhodum insulam. 11. Parall.ho. 14.mi. 45.lati. 38.gra. 35. per Smyrnē.

# R V D I M E N T A

12. Parall. ho. 15. lati. 40. gr. 56. per Hellestantū. 13. Parall. ho. 15. mi. 15. lati. 43. gr. 5. mi. per Massiliam. 14. Parall. ho. 15.  $\frac{1}{2}$  lati. 45. gra. 51. mi. per Pontum. 15. Parall. ho. 15. mi. 45. lati. 46. gra. 51. mi. per fontes Danubij. 16. Parall. ho. 16. mi. 15. lati. 50. gra. 15. mi. per paludes metidas. 17. Parall. ho. 16. ho. 16.  $\frac{1}{2}$  lati. 51. gr. 30. mi. supra Australissima Britonie. 18. Parall. ho. 16. mi. 45. lati. 52. gra. 50. mi. descripta supra ostia Rheni fluuij. 20 Parall. ho. 17. lati. 54. gra. 13. mi. desert pta per egressiones Tanais. 21. & ultimus parall. ho. 27. mi. 15. lati. ab æquinoctiali. 55. gra. descripta super Brigantium.

## D E CLIMATIBVS. Cap. XVI.

**C**LIMA spatium terre est inter duos Parallellos comprehensa sum, in quo per dimidiam horam accidat variatio longissima diei, ac ita evenit ut ratio climatum dupla sit ad parallellos, quo minima parallelis per quadrantes distant. Climata uero per horæ unius partem dimidiam. Cæterum tam paralleli quam climata nomina sua sortita sunt à locis insignioribus, per quæ transeunt aut comprehendunt. Quod sic intelligendum est. Clima est spatium terre inter duos parallellos seu æquidistantes inter se, in quo porrectissimi diei ab initio climatis usq; ad finem est dimidiæ horæ variatio, quia elegando ab ipso & quattre (ut in præmisso cap. ostendit) fiunt dies semper inæquales. Ideoq; quanto plus clima seu regio climatis elongatur ab æquinoctiali uersus spæctrionem vel meridiem, tanto sunt dies longiores noctibus. Climata siue illas portiones denominarunt ueteres astrorum periti ab insignti aut urbe, aut fluui, vel monte, ut ex sequentibus patet.

Primum dicitur Dia Merœs, quia medium primi climatis transit per Meroen, quæ est ciuitas Africæ, & sic de cæteris intelligendum est.

# COSMOGRAPHIAE


22

Primum	Dia Meroes ciuitas Africæ.
Secundum	Dia Syenes ciuitas Ægypti.
Tertium	Dia Alexandrias Metrop. Ægypti.
Quartum	Dia Rhodu Afie minoris insula.
Quintum	Dia Rhomes urbs Euro notissima.
Sextum	Dia Boristhenes fl. mag. Samartæ.
Septimum	Dia Rhiphæ mons in Samart. Eu.

Climata ad merid. Peole, non posuit, cum illud terræ quodamq;  
est uix aut ægre habitatum existimat. Cæterum ut hic denomi-  
nata sunt climata sept. pari itaq; modo propar ærram ruper in-  
uentam, in parte meridionali appellari possunt Græci particula  
œvni, quæ sonat contra latinæ.

Primum	Anti dia Meroes.
Secundum	Anti dia Syenes.
Tertium	Anti dia Alexandrias.
Quartum	Anti dia Rhodu.
Quintum	Anti dia Rhomes.
Sextum	Anti dia Boristhenes.
Septimum	Anti dia Rhiphæ.

Pro istarum tamen intellectu sequens figura ubi inseruieret.



RUDIMENTA  
IN QVO DIFFERVNT, INSULA,  
Peninsula, Isthmus & continens. Cap. XVII.

**A**B aquis igitur omnis terra quadripartiam seccetur, Aue fit Insula, aut Peninsula, aut Isthmus, aut continens.

Insula itaq; est ea pars terræ quæ à maioribus terræ partibus seiuincta undiq; aquis alluitur. Ut Rhodus, Sicilia, Corsica, Teprobana, Iava, America, Islanda.

Peninsula seu Chersonesus, quæ plane Insula non est neq; Continens, sed undiq; ferè aquis clausula aliqua tamen angustia continentis annè extinatur. Et sunt quatuor insigniores, Ut Peloponnesus arx totius Græciae quondam dicta nunc autem Morea dicitur, in Mari mediterraneo sita. Aurea Chersonesus in mari Indico meridionali. Cimbrica in mare Germanicum sese extendit. Thaurica Chersonesus in Pontum Euxinum circa Bosphorum Thracium procurrit, ubi & Maeotis exonerat Pontum, circa quam etiam Danubius canitissimus Rhetiam, Boiariam quæ olim à Romanis & Græcis Vindelicia dicta est: utrāq; Panniam, Datiam et Misiam præterfluens Pontum subit et emoritur.


Isthmus dicitur terra inter duo maria conclusa, proprie tamen iter ad Chersonesum porrigit. Ut Corinthiacus inter Achiam & Peloponensem quem nauigabili alioeo Demetrius Rex, Dicator Cæsar, C. Princeps, Domitius Nero in fausto ut omnium patuit exitu incepto perfodere tentauerunt. De quibus lege plin. naturalis historiæ lib. 4. cap. 4. dorsum Arabice inter Sinum Arabicam et mare Egypiacum. Dania quæ ducit iter ad Cymbros, & tota Italia. Continens dicitur omnis terra solida siue fixa, quæ nec Insula, nec Peninsula, nec Isthmus est. Sed ea sibi constat & cohæret: quamvis interdum (q; nullius est momenti) simibus mari fracta conspicitur: Vi Misnia, Saxonia, Boemia, Franconia, Boaria, Dacia, Turingia, Pannonia, Suenia &c.

Ecce summariam diuisionem.

Omnis terra est.  
 Aut Insula.  
 Aut Peninsula.  
 Aut Isthmus.  
 Aut Continens.

América  
 Sicilia  
 Iava  
 Rhodus  
 Morea  
 Thaurica Cher.  
 Aurea Cher.  
 Cimbrica Cher.  
 Corinthiacus  
 Dorsum Arabi.  
 Italia  
 Dania  
 Misnia  
 Pannonia  
 Boaria  
 Saxonia

Figura huius diuisionis tibi hic ab oculis posita est.




R V D I M E N T A  
DE V S V TABVLARVM PTOLE. ET  
qualiter unius cuiusq; regionis, loci aut oppidi situs in  
illis sit inueniendus. Cap. XVII.

I Nuestigaturus itaq; alius oppidi situm in tabulis Ptoles  
mæi. Elicias in primis gradus longitudinis & latitudinis ex  
abaco regionum, prouinciarum, & oppidorum, qui frequenter dis  
positione hoc modo ordinantur. Ut loco primo eorum nominis  
bus scripta cernantur. Deinde in directo cuiuslibet loci sive oppi  
di scribitur primo ordine eius longitudo in gradibus & minutis.  
Secundo autem ordine eius latitudo scribitur consimiliter in gra  
dibus & minutis. Quibus habitis quære in tabula sibi compre  
hensu longitudinis quidem gradus in capite tabulæ seu parte se  
ptentrionali, consimiliter in pede seu meridionali parte. Gradus  
vero latitudinis & eius partes quære in reliquis duobus lateribus  
parte scilicet orientali & occidentali: ut certior reddaris ter  
minis signa delibilia adiijico. Deinde expande filium super pun  
cta longitudinis in superiori & parte inferiori, filo sic in auria  
to, Fac ut aliud per puncta latitudinis filum extendat: lo  
cus in quo fila se seuerint erit locus aut situs oppidi illius  
aut habitationis, quam inuestigare optaueras.

Gratia autem lucidioris intelligentiae sequitur schema cum  
quibusdam locis, in quibus studiosus Geogra  
phæ se sati exercere potest.

Templum Appollinis in Epiro. long. 47.gra. 30.lati. 37.gra. 50  
Larissa ciuitas Macedonie, long. 50.gra. 50.lati. 38.gra. 50  
Athene C. Achaie, habet in long. 52.gra. 30.lati. 37.gra. 25  
Corinthus C. Peloponese, in longi. 50.grad. 10.lati. 37.gra. 0  
Argos ciuitas Peloponese, in longi. 50.gra. 55.lati. 36.gra. 20

Intellectum illius hæc tibi præstabit figura.



### DE PERIOECIS, ANTOECIS, ANTIPO dibus siue Antichthonibus, Peristis, et Amphistis. Ca. XIX.

**O**MNIS igitur terra quadrifariā diuiditur: Autres.n. puta Cleomedes et aly faciūt sub quolibet meridiano, et ad quē libet pūctū cuiusvis meridiani quatuor habitationes, habētes quā dā incer se rationē seu proportionē. Quarū primā nos incolimus, et pro prima habitatione pōt accipi qlibet locus seu pūctus in recto terrarū orbe, Alterā habitant illi, qui perioeci, idest circuncolē appellantur. Tertiā uero habitationē Antœci, idest anticolæ pos sident. Quartam & ultimam regionem seu habitationē homines, quos Antichthones siue Antipodes uocitamus, tenent.

## R V D I M E N T A

Antipodes dicuntur qui nobis è diametro uestigia obueruntur;  
et similem cœli uerticem semper et que ut nos uident. Et cum illis  
nihil communе habemus sed contraria omnino: quia cum nobis  
Sol et statum efficit, illos dura hyems opprimit. Et cum apud nos  
dies habetur, Antipodibus certe nox efficitur; Contra quando il-  
lis dies est, nebus redditur nox. Quando nos diem agimus longissi-  
mum, apud illos nox longissima breuissimaque dies flatur. Non  
utique dubites suauissime Lector, quod Apostoli Christi inter se  
fuerint Antipodes, qui conuersis inter se pedibus stare solent: si  
Iacobus maior frater Ioannis Evangelistæ filius Zebedei auram  
spissasset in Gallitia, ubi nunc corpus ipsius (ut dicunt) requiescat:  
hinc Thomas Apostolus in India superiori. Certe Indi (quia dia-  
metrantur ferè) Hispanorum sunt Antipodes et uestigia Hispani-  
nis et econtra Hispani Indis obueruntur, et terram et que calcare  
solent, quamvis non adeo præcise secundum dimetientem, tamen  
hoc in re nihil distare uidentur, Antipodesque dici debent. Hoc  
idem uerissimus ille Strabo autor non pœnitendus affirmat dia-  
cens. Antipodes inter se quodammodo nestij esse non sumus.  
De quibus lege Plinius naturalis historie lib. 2. cap. 67. Vo-  
lucratum et omnes ferè Geographos.

### De Pericæs.

Pericæs sive circuncolæ dicuntur, qui eodem sub meridiano,  
eodemque parallelo circulo manent, Cumque illis communia ferè  
omnia habemus, quum eandem simul Zonam incolimus, Et paria  
nobiscum agunt anni tempora, scilicet Hyemem, Estatem, Au-  
tumnum, et Ver. Pariter dierum noctiumque diuerfitates, hoc est  
incrementa et decrements, et huiusmodi alia. Hoc tamen dia-  
scriminis est, quod cum Sol nebus diem efficit, apud illos noctem  
esse ratio ipsa demonstrat. Tamen non eodem temporis momen-  
to occidit nebus Sol et illis oritur.

## De Antœcis.

**A**ntœci siue Anticolæ dicuntur, qui in eodem circulo meridiani nostro lateri astant, latitudinem Austrinam latitudini nostræ æqualem, consimiliter æqualem longitudinem habentes. Qui etiam paria nobiscum tempora agunt, sed non pariter.


## De Periscij.

**P**eriscij dicuntur qui sub Polis mundi constituti sunt. Ita dicti ratione umbræ: quia illis molarum more per medium anni circulum umbra circumvoluitur.

## De Amphiscij.

**A**mphiscij uero dicuntur manentes sub æquinoctiali circulo, quos Sol quatuor umbris uerberat.

## Locus habitationis.




Venetijs per Io. Antonium de Nicolinis de Sabio, Sumpiu & requisitione D. Melchioris Seisse. Anno Domini.

M D X X X X I. Mensis Iulij.







slight  
- draft

